

CAPUT XXIV.

143

I. Non est καθόλγ. Ubi enim lien non est, unde accipit sinister ventriculus? sed & in iis, in quibus est, qua via sanguis it ad Cor?

II. Non concludit. Licet enim concedam, Lienem sanguificare: non concedo tamen, facere talē sanguinem. Analogia etiam, quæ est inter venas & arterias de qua suprà aliud suader scilicet, Arterias non offerre ex liene, sed inferre. Nam (quod pertinet etiam ad prius) illationem prohibent valvulæ, quæ ad ostium Aortæ sunt.

III. Est alienum. Tenuitas enim sanguinis hujus nō est à calore, quemadmodū arteriosi: sed à multa permista aqua. Talis autē sanguis non est materia inepta sanguinis arteriosi.

Et miretur aliquis jure, si Ulmus ex liene volebat deducere sanguinem quendam, cur non utraq; manu acceptarit Aristotelis sententiā, lienem esse officinam sanguinis cujusdam! At quomodo acceptare poterat, quam non intelligebat? Cuius rei argumentum est, quod de vaporibus & flatibus tam multa affert, quæ Aristoteles nunquam somniauit.

At probat, inquis, cùm de vasorum lienis texture tam multa dicit? Video equidē hoc primum ejus argumentum esse quod pro Aristotele supra fuit etiam allatum: at ille Aristoteles tam novit esse, quā ego ipsū novi. Sed nihil refert, cuj⁹ sit probatne quod probare debet?

M. ni-